

DE OFFICIO  
IUDICIS, ET  
ADVOCATI  
LIBER VNVS.

IN QVO VARIÆ QVÆSTIONES IUDICIBVS, ET  
*Aduocatis vtilissima tractantur.*

IN TRES DIVISVS PARTES, IN QVARVM PRIMA  
de officio Iudicis, in secunda de officio Aduocati, in tertia de quæstionibus  
communibus officio Iudicis, & Aduocati disceptatur.

AUCTORE IOANNE PAVLO XAMMAR BARCINONENSI  
*Domicello, & I.V.D. olim in optima Vniuersitate Ciuitatis Barcinone per sexdecim annos pri-  
mario Iuris Pontificij Interprete, & Domus eiusdem Ciuitatis ordinario Assessore, nunc  
verò Regiæ Maiestatis Consiliario, & Baulia Generalis Cathalonie,  
necnon Officij Magistri Rationalis Regij Assessore.*

CVM INDICE DVPLICI, ALTERO QVÆSTIONVM,  
altero verò rerum, & verborum copiosissimo.



Anno

1639.

CVM LICENTIA.

Barcinonæ: Ex Typographia Iacobi Romeu, in platea diui Iaco bi. A costa de  
*Iuan Capera Mercader de libros.*





HEC MAIORVM SVORV INSIGNIA

D. PAV. XAMMAR

AVXIT 20700

A D  
LECTOREM.



Gregia fuit Platonis sententia, ut M. Tullius lib. 1. officiorum refert, hominem non sibi solum nasci, sed etiam Reipublicae atque amicis, sicque non sua tantum curare debere, non suis dumtaxat commodis & honoribus operam dare, sed etiam illorum. Cum igitur nihil sit homini antiquius, nihil vel Divino vel Humano iure magis exigatur ab eo, quam ut muneris, quod suscipit, satisfaciat, & personam, quam in theatro huius Mundi agit, recte gerat, pro bono plerumque de officio Iudicis & Advocati disputare elegi, quod tum studendo, tum docendo, tum exercendo pluribus annis quomodo cunque didici, ut opera seu o-

perere meo (quod sentio quam sit exiguum) iuvarem alios. Scio invidiorum iudicium, qui me honoris cupiditate illectum quasi ad sanum Dianae Ephesiae conflagrandum, consilium meum intendisse, & immortalitati studuisse iudicabunt. Non ignoro Zoilorum ac maledicorum averisimum & iniquissimum animam, qui etiam antequam legant, antequam videant, antequam sciant, veluti mures vilissimam omnia rodunt, ad probandum labores aliorum macti, ad improbandum loquaces. Haec tinea est ac rubigo humani cordis, est enim Natura ad malum prona; quamquam multi ideo refutant, ut ipsi saltem inter imperitos, doctiores videantur. Quibus ego libenter responderem quod Valerius Martialis ad Laelium epigram. 49.

*Cum tua non edas, carpis mea carmina, Laeli.*

*Carpere vel noli nostra, vel ede tua.*

Vel quod idem ad Velocem epigram. 133.

*Scribere me querevis, Velox, epigrammata longa.*

*Ipsa nihil scribis, tu breviora facis.*

Sed quoniam à Deo opt. max. retributionem laboris speramus, quia, ut legitur Danieli cap. 12. qui ad iustitiam instruant multos, fulgebunt veluti stellae in Regno Dei: Lucra invidiosorum, qui oblatrantibus nocte in eam canibus, surda peragit cursus laos, ut canit Alciatus emblemate 164. Dicam quod dixit Apostolus, qui cum ad Corinthios dixisset, Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis: ad Philippenses dixit, Omnia possum in eo qui me confortat. Neque tam timidus prodeoque, ut vir ille doctus Cayus Lucilius, qui (ut M. Tullius lib. 2. de Oratore ait) opera sua desiderabat ne à valde peritis, neve à valde imperitis legerentur: illis, quia intelligerent, his autem, quia non intelligeret. Si vix ullus ex doctissimis viris scripsit, qui non fuerit in aliquo à posteris reprehensus, si Socrates à Platone notatus est, Plato ab Aristotele: Origenes à Hieronymo, Hieronymus à Rufino, Rufinus à Donato, ipse ex lectoris clementia errorum meorum excusationem mereri exillimo. Vale.



# PRIMA HVIVS LIBRI PARS DE OFFICIO IUDICIS.

## IN X QUÆSTIONE PRIMÆ.

### SUMMARIUM.

- 1 **I**udex in iure appellatur vir bonus.
- 2 **I**udex vnde dicatur.
- 3 **I**udex quomodo definiatur.
- 4 **I**udex quare vocetur vir bonus.
- 5 **I**udex est veluti animatum ius.
- 6 **I**udex qualis esse debeat.
- 7 **I**n iudice magis attendenda fama, & conscientia quam scientia.
- 8 **I**udex malus propter populi peccata datur.
- 9 **I**udicis qualitates.
- 10 **I**udex debet habere scientiam.
- 11 **I**udex debet habere notitiam boni, & equi, & quare.
- 12 **I**udex debet studuisse per quinque annos, & quid in Regno Castella, & in Catholonia.
- 13 **I**n iudice requiritur experientia.
- 14 **P**raxis est scientia digestiva.
- 15 **E**xperientia vocatur plenitudo scientiæ, vbi & alia de experientia.
- 16 **I**udex debet aduocationibus causarum exercitatum fuisse, & quid in Catholonia.
- 17 **I**n iudice an magis necessaria sit theoretica quam praxis.
- 18 **I**n iudice an maior scientia requiratur, quam in aduocato.
- 19 **I**n iudice an requiratur eloquentia, & ibi nonnulla de scientiis cum eloquentia coniungenda.
- 20 **I**n iudice magis fit scientia liberalium artium, & præsertim historia.
- 21 **I**udices & Consiliarij Principum non debent esse nimis acuti.
- 22 **I**udices eligi debent senes potius quam iuuenes, non tamen reprobatum inter senes vnus, aut alter iuuenis.
- 23 **D**e iudicum etate.
- 24 **I**udex debet habere fortitudinem, & quare.
- 25 **I**udicis officium est subditos à violentijs tueri, & qua sint illius partes.
- 26 **I**udex se ab odio amore timore, & auri cupiditate defendere debet.
- 27 **I**udex debet aliquando Principi refragari.
- 28 **I**udex ubi defectum roboris animi potest ab officio depomi.
- 29 **N**imium senes non debent effici iudices, & quare, & qua sint vitia senectutis.
- 30 **P**auperes non debent effici iudices, & quare.
- 31 **I**udicem in eligendo in Catholonia habebatur ratio nobilitatis, & quare.